UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXXI. Die von Schöneberg verkaufen dem Kloster Arendsee den Zehnt von dessen Hofe zu Kruge, am 26. Mai 1337.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55716

Visual Library

dalgenſes argenti integraliter perſoluerunt in pecunia numerata, de qua ipſos et eorum Succeſſores quitos dimitto et ſolutos. Nos inſuper fredericus, henninghus, Boldewinus fratres dicti de Chartow famuli recongnoſcimus, quod huiſmodi vendicio facta eſt cum noſtro pleno conſenſu, et ideo eam gratam ratam habere volumus. Nos eciam antedicti Ditmarus, fredericus, henninghus, Boldewinus Promiſimus et preſentibus promittimus Predictis, ſcilicet domino prepoſito, domine Margarete Prioriſſe totique conuentui in Arnſe, quod eis predicta bona volumus ad bonum conſeruare, quouſque eorum reſignacionem a nobis poſtulabunt. Et eorundem bonorum eciam ipſis promittimus veram warandiam inuiolabiliter obſeruare. Ne autem predictus conuentus aliquam Brigham Seu calumpniam a nobis vel a noſtris ſucceſſoribus paciatur in premiſſis, preſentes litteras noſtrorum Sigillorum appenſionibus dedimus roboratas. Teſtes huius rei ſunt Dominus Johannes de hilghenuelda, Dominus Gherardus de winteruelde, Sacerdotes, Henninghus Clezinch, Ludericus Cyker, Ackerman, famuli, et quam plures fide digni. Actum et datum luchow, Anno domini M°. CCC°. XXXVI°., feria ſecunda infra octauam corporis Criſti.

---

## LXXI. Die von Schöneberg verkaufen dem Kloſter Arendſee den Zehnt von deſſen Hofe zu Kruge, am 26. Mai 1337.

In nomine domini amen. Ne facta hominum ſimul cum lapſu temporis labantur, hinc eſt, quod ſcriptis auctenticis roborantur. Quapropter nos Ghiſo et Volpertus, dicti de Schonenberghe, recongnoſcimus tenore preſencium publice profitentes, Quod dominus Johannes prepoſitus in Arneſſe decimam in Curia monialium in Arneſſe ſita in Crughen ad manus dominarum predictarum perpetue a nobis redemit poſſidendo, et nos Ghiſo et volpertus predicti cum frederico famulo, dicto de Crughen, antedicto prepoſito et ſuis monialibus pretactis veram waram ſuper huiuſmodi decimam in omnibus plenarie promittimus obſeruando. Vt hec predicta eo firmius obſeruantur, Sigilla noſtrorum trium preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt dominus Gherardus, prepoſitus in Creueſe, dominus hermannus, plebanus in dobrun, Et Arnoldus famulus dictus de Crughen. Datum Anno domini M°. CCC°. XXXVII°., feria ſecunda ante feſtum aſcenſionis domini.

---